



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

7 Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram  
mulieris. Eccl. 25.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

180      *Consilia Sapientia*,  
deducat. Separa te potius ab illa, qua  
tum licitum est; melius est eam de-  
linquere, quām eam usque ad infom-  
nium sequi. Sed non relinque eam cu-  
strepitu, quia non benē evaditur ho-  
tormentum domesticum, si causas sca-  
dalum, & strepitum fugiendo facis.

### REGULA SEPTIMA.

*Non est caput nequiss super capo  
Colubri, & non est ira super ira  
mulieris. Eccl. 25.*

### PARAPHRASIS.

*Inter capita animalium nihil periculis  
& pejus colubro, & inter iras; mul-  
ieris ira est maximē timenda, con-  
fit subtilissima ad inveniendas tra-  
tiones & mediate perdendi.*

*Placebit tibi magis commorari Leonis  
Draconi, quam cohabitare cum mu-  
liere nequam. Possunt domari &  
digi ad obedientiam bestie; ad mis-  
sum potest inveniri medium eoru-  
dentibus elabendi & fugate salva-  
di, sed furiæ muliebres exasperatae  
inv*

nevitabiles : non potes eam domare,  
nec placare nec effugere.

REFLEXIO.

**V**erum est quod inter disordines causatos per peccatum magis deplorabilis, & magis funestus est ille qui ordinariè in fœmina appetet.

Intentio Dei fuerat ut ejus facies, vox, inclinatio, & animus non essent aliud quam affabilitas, ut hominis ingenium non esset aliud quam fortitudo & sapientia, & ut haec duæ qualitates simul junctæ componerent felicitatem familiarum.

Peccatum invertit hanc intentionem. Accidit apud nostram naturam quædam corruptio, quæ terribiles parit effectus in majori parte mulierum.

Fortitudo humorum & vaporum, debilitas organorum & imaginationis, & denique cæcitas animi causant multas lacrymas se diligentibus, & multas infelicitates in omnibus negotiis, ubi illæ sunt mixtæ.

In illis species ardantium, levium & vagabundarum alearum gubernantur & se commovent ex se ipsis. Imaginatio

H 7

deli-

182. *Consilia Sapientiae,*  
delicata & levis sequitur suum excessum;  
Animus elatus & cœcus approbat suis  
errores & defendit, & mulier credit,  
quod omnia quæ agit, quamvis contra-  
se, sint tamen recta & laudabilia.

Videtur tamen in omnibus remanet  
adhuc aliquod venenum antiqui serpen-  
tis, id quod nos capitositatem aut furo-  
rem appellamus, ubi sæpe Demon eius  
caput ingreditur, & accipiendo illi judi-  
cium & libertatem, id in illa operatur,  
quod oculis perspicimus.

### REGULA OCTAVA.

*In medio proximorum ingemiscit  
virejus, & audiens suspirat in-  
dicum. Eccl. 25.*

### PARAPHRASIS.

*Ipsius infelix maritus, quem incessanter  
affigit, nihil aliud ordinarie agit  
quam suos exinde proferre planctus  
& hi qui cum audiunt pro omni con-  
solatione, non aliter ipsi respondent  
quam per suspiria.*

REFLE